

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Eucharistia g cum uariis

Quanta enim cordis contricione et lacrimarum fonte, quanta reuerencia et tremore, quanta corporis castitate atque animi puritate istud diuinum et celeste misterium est celebrandum, Domine Deus, ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summis yma humanis diuina iunguntur, ubi adest sanctorum presenciam angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter! Quis digne hoc celebrare misterium potest nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum?

Ambrosius in oratione.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

istud] illud P V¹ V² L¹ L²; et *om.* L²; domine] dominus (*cor. intra*) C; sacerdos] sacerdote (*cor. intra*) C; oracione] ante missam dicenda *add.* V² L¹ L²